



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1644. usque ad annum 1651

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119177**

§. 14. Osnabrugensis Conventus initia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67359)

## §. XIV.

*Osnabrugensis Conventus initia.*

Nec minus tardo gressu, utpote ex belli successibus suspenso Protestantes Legati Osnabrugam accessere: prævie tamen, Monasterii excluso Dano Rege, unanimi suffragio in pacis arbitros eligebatur summus Pontifex, qui Fabio Chisio vices suas cessit, dato desuper die quinta Octobris diplomate Apostolico, quod paulopost ab Innocentio X. Urbani successore confirmatum adducemus. Osnabrugæ vero Regis Daniæ nomine Justus Lipsius, & pro Suecis Salvius Arbitrorum vices subibant: Cæsaris quoque Legati Auerſpergius Comes & Cranius sibi in mandatis datum declarabant, quod inde non recederent, nisi post confectam pacem. Alter erat Aloysius Contarenus Venetæ Reipublicæ Orator: Ad hos autem denovo novæ deferebantur querelæ contra demandatæ Facultatis literas; quippe Galli in Suecorum literis Cæsarem titulo *Majestatis*, in Venetorum vero diplomate titulo *Serenissimi* decorari querebantur, cumque in Hispanorum literis Papæ tanquam Mediatoris nomen haud expressum legerent, mox & ipsi hoc nomen ex suis deleverunt literis,



Sæc. XVII. postquam vero Arbitri normam, juxta  
A. C. 1644. quam singuli Oratores plenam agendi  
 facultatem literis expressam instruerent,  
 conceperant, atque ab his verbis; *Ab-*  
*solutis mandati literis tam ex parte Cæsaris,*  
*quam Regis Catholici & Christianis-*  
*simi Regis Nos &c.* inciperent, mox  
 Galli Hispanum Galliarum Regi præ-  
 poni querebantur: Subrogarunt arbitri  
 hæc verba: *Ex parte Cæsaris & utrius-*  
*que Coronæ,* aut utrumque Regem æqui-  
 parari, rursus indignabantur Galli:  
 substituenda esse hæc verba; *utriusque*  
*partis,* censuit ipse Avallius Franciæ  
 Legatus, sed obstitit Servientius alter  
 Galliarum Orator, prævaluit tamen  
 Avallius: sublatis igitur hisce difficul-  
 tatibus omnes Oratores suas quisque  
 demandatæ potestatis literas Arbitris  
 tradidere: Hi vero primæ comitiorum  
 Sessioni diem quartam Decembris  
 præfixerunt.

## §. XV.

*Media ad pacem obtinendam ab Ora-*  
*toribus proposita.*

*Adlzreit.*  
*Annal. Boic.*  
*tom. 3. p. 3.*  
*lib. 29.*  
*Theatr. Eu-*  
*rop. p. 5.*  
*pag. 235.*

Præstituta die singuli Oratores, prout  
 antea conventum erat, rationes  
 quas quisque magis ad conciliandam  
 pacem opportunas censuissent, Arbi-  
 tris scriptotenus tradidere: Præprimis  
 igi-